# PHILIPPVS DECIVS

## MEDIOLANENSIS PATRITIVS AC IVRIS VTRIVSQVE MONARCHA SVPER TITVLO DE PRIVILEGIIS.

*NVNC AD PVBLICAM STVDIOSORVM VTILItatem, cum hactenus in lucem editus non ſit, per Clariſs. Iur. Conſ. D. Theodorum Meddam Papienſem Ciuem Typis mandatus, ac Repertorio, Sumarijs, & Additionibus miro cum ordine per eundem decoratus, atq; inſignitus.*

*PAPIÆ*

Apud Hieronymum Bartolum.

*M D LXV.*

# ILLVST.^MO ET REVER.^MO CAROLO BOROMAEO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO AC DOMINO MEO COLENDISSIMO.

*Theodorus Medda I. V. Doctor Ticinenſis S. D.*

*CVM fortè Philippi Decij Commentaria quædam*
*quæ hactenus in tenebris delituerāt ad manus meas*
*perueniſſent indigne tanti viri monumenta paſſim*
*non legi, quæ doctiſſimus ille vir poſt multos alios*
*libros editos, tamquam Cygneam cantionem lucu-*
*brauerat. Cum igitur ea prælo tradere ad cōmunem omnium vtili-*
*tatem decreuiſſem, diù cogitanti mihi cui id opus dicaretur, tu tan-*
*dem Illuſtriſs. Boromeæ quatuor rationibus omniū digniſſimus vi-*
*ſus es, ſub cuius feliciſſimis auſpicijs hoc opus in lucem prodiret. In*
*primis quidem quia nulli aptius dicari labores Philippi Decij con-*
*ſultiſſimi viri & præſtantiſſimi legum interpratis poterant quam*
*Illuſtriſs. & Reueren. D. tuæ, qui hanc legum ſcientiam ſemper tan-*
*ti feceris, vt eam ſtudijs omnibus prætuleris, in eaq; excellere hono-*
*rificum, et maxime modo ſalubre duxeris, cum ab ineunte ætate ita*
*hæc ſtudia ſis amplexus, vt facile in eijs excellas, quod cum ſæpe*
*alias in noſtra vrbe fuit cognitum dum in ea degeres, acutiſſime*
*interrogans, & percunctantibus prudentiſſime reſpondens, omniū*
*in te oculos oraq; conuertebas, atq; omnium conſenſu ſumma cum*
*laude lauream es aſſecutus; Tum vero nunc totus Chriſtianus or-*
*bis intelligit dum in vrbe viuens, & maximarum rerum curæ præ-*
*fectus, omnes mundi prouincias reples, rebus abſte prudentiſſime, ac*
*iuſtiſſime adminiſtratis. Deinde vero cum hoc in opere ſacra fere*
*tractātur dignum erat, atq; adeò neceſſarium, vt alicui religioſo di-*
*caretur. Quod cum ita ſit, nullus eſt te hoc opere dignior, qui à cu-*
*nabulis religionem maxime ex colluiſti, quæ ita vnà cum ætate in*

* ij te coa-

# PHILIPPVS DECIVS SVPER DECRETALIBVS.

## RVBRICA DE PRIVILEGIIS.

1 Quid ſit priuilegium.
2 Quid operetur verbum priuilegium, à principe prolatum.
3 Conceſsio dicitur priuilegium.
4 Feudum an dicatur priuilegium.
5 Gratia quæ ſit.
6 Priuilegium immunitatis an dicatur priuilegium.
7 In dubio quando princeps appellat priuilegium illud dicitur priuilegium.
8 Secus ſi Iuſco. continet.
9 Si princeps recipit precium pro conceſsione, non eſt priuilegium.
10 Actus ab effectu non à forma verborum debet iudicari.
11 Actus iudicatur vt verba ſonant.
12 Qui renunciat priuilegio non cenſetur renunciare Iurico.
13 Differentia inter indultum, & priuilegium.
14 Priuilegium diſtinguitur, à reſcripto, & beneficio.

NOVISSIME ad lecturam veſpertinam in Canonico translatus pro communi ſcolaſticorum vtilitate aſsumpſi interpretationem huius Tituli de Priuilegijs, quæ materia in frequenti, & quottidiano vſu plurimum verſatur, & hactenus nõ reperio, quod diebus noſtris lecta fue-
1 rit. † Et pro introductione tituli præmitto secũdum Gofr. in ſumma hic in principio, quod priuilegium eſt beneficiũ cõtra Iuſco.[a] conceſſum, nõ enim eſt priuilegium, niſi ſpecialiter aliquid indulgeat, c. inhijs, c. abbate infra de verb. ſig. & idẽ ineffectu dicit Hoſti. in sũma eo.tit.in princ.& ad hoc eſt glo. not.in c. pri. in verb. noſcatur in fin. de conſtit. in 6. & not Bar. in l. fin. de conſtit. Princip. in l. pri. C. de Iuris. & fac. igno. cum ſimilibus, vt dixi in rub. ſupra de reſcript.
2 verſ. 2,[b] cõclu. † Ideo Bal. in l. itẽ lapilli col. 3. verſ. ego dico ff. de rer. di. quod eo ipſo princeps appellat priuilegium ipſo
3 facto apparet quod velit infringere Iuſco. † Et idẽ Bal in l. pri. col. pri. ff. de conſtit. princip. dicens, quod conceſsio di-

A citur

a. Cõtra Iuſco. exemplificat pluribus modis Brun. conſ. 12. num. 15.

b. Verſ. 2. cõclu. num. 2. & Rip. num. 19.

c. Iuſco. pheudorũ. Iaſ. in uſibus pheud. num. 27. Brun. conſ. 12. num. 15. declara ut per Brun. cõſ. 41. num. 4. dicitur tamẽ pheudũ impropriè. Curt. Iun. in tract. pheud. in 6. queſt. princ. num. 18.

d. Not. Bal. Alex. conſ. 7. num. 1. uol. 6. dictum Bal. cum probat Thom. Gram. deciſio. 59. num. 29. per duo cõſilia Cur. Sen. Didac. in c. fi. § 4. nu. 2. de ſent. exco. in 6.

e. Secus ſi Iuſco. late ponit Rip. lib. 2. reſponſorũ c. 2. num. 2. propoſita.

f. Bal. in l. quiſe patris.

Solutio cenſus,& receptio in protectionem non probāt exemptionem, cap. accepimus, num. 1. pag. 35.
Solutio cenſus facta etiam longo tempore, non probat ſubiectionem, cap. accepimus, num. 2. pag. 35.
Solutio cenſus eſt equiuoca, cap. accepimus, num. 3. pag. 35.
Solutio cenſus eſt ſignū ſubiectionis, quando apponitur, vt ſubiectionē ſignificet, cap. accepimus, num. 4. pag. 35.
Solutio cenſus ſubiectionem non ſignificat, quando non eſt expreſſa in ſignum ſubiectionis, cap. accepimus, num. 5. pag. 35.
Solutio cenſus in loco diœceſis arguit ſubiectionem, cap. accepimus, num. 6. pag. 35.
Solutio cenſus probat quod caſtrum ſit de territorio, cap. accepimus num. 7. pag. 35.
Suſpenſus per exemptum, non poteſt abſolui per inferiorem etiam exemptum, cap. tuarum, num. 13. pag. 48.
Tenor priuilegij attenditur, cap. porro, num. 15. pag. 34.
Tenor contractuum inſpicitur, cap. porro, num. 16. pag. 34.
Tenor inueſtiture inſpicitur, cap. porro, num. 17. pag. 34.
Terzeti non gaudēt priuilegio clericorū, cap. cū plantare §. in eccleſiis, nu. 11. pag. 17.
Tutoris iuramēto ſtatur in paruis ſummis. cap. cum plātare, §. in eccleſiis, nu. 8. pag. 17.

Series Cartarum.

★ A B C D E F G.

Omnes ſunt Duerni, præter F & G
qui ſunt Terni.

*PAPIÆ.*

*Apud Hieronymum Bartolum, Anno à Natiuitate Domini, M D LXV.*

*Pridie Idus Ianuarij.*